

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sex. Aurelii Victoris Annibal Carthaginis dux & P. Cornelius Scipio Africanus

Aurelius Victor, Sextus

Helmaestadii, 1602

Annibal, Carthaginensis dux

[urn:nbn:de:bsz:31-131576](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131576)



Annibal, Carthaginiensis Dux.

ANNibal Amilcaris filius, nouem annos natus, à patre aris admotus, odium in Romanos perenne iurauit. Exinde socius & miles in castris patris fuit. Mortuo eo caussam belli quærens, Saguntum Romanis foederatam intra VI. menses euertit. Tum Alpibus patefactis, in Italiam traiecit. P. Scipionem apud Ticinum; Sempronium Longum apud Trebiam; Flaminium apud Trasimenum; Paullum & Varronem apud Cannas superauit. Cumq; urbem capere posset, in Campaniam deuertit; cuius delicijs elanguit. Et cum ad tertium ab urbe lapidem castra posuisset, tempestatibus repulsus primum à Fabio Maximo fractus, deinde à Valerio Flacco repulsus, à Graeco & Marcello fugatus, in Africam reuocatus, à Scipione superatus, ad Antiochum regem Syriae confugit, eumq; hostem Romanis fecit. Quo victo ad Prusiam Bithyniæ regem concessit: vnde Romana legatione (per Tit. Flaminium) repetitus; (ne Romanis traderetur,) hausto, quod sub anuli gemma habebat, veneno, absumptus est; positus apud Libyssam in arca lapidea; in qua hodieque inscriptum est, ANNIBAL HIC SITVS EST.

REPERITVS EST ANNIBAL HIC SITVS EST



P. Cor-

20